

minat. Contra predicta arguitur pro sic
 Si termini eodem modo restringerentur in affirmativa et negativa sequeretur quod omnia negativa dicerentur contradictoria quod est falsum. et patet per hanc rosa est. rosa restringitur ad existentes. si simpliciter restringatur in ista rosa non est includitur contradictoria quod valebit tamen. rosa que est non est. Secundo sic Negato aliquo negantur omnia que ad ipsum consequuntur. si significatio et tempus consequuntur ipsum verbum si in propositione negativa verbum non restringatur ad non existentes sequitur quod etiam negat presentiaque magis videtur quod ratio principalis significacionis debeat restringere que ad significaciones si non restringitur que ad significaciones nec quo ad significaciones. Tertio sic Homo est. homo tamen restringitur ad presentes si omnes presentes sunt existentes. si restringitur ad presentes sequitur quod etiam ad existentes restringatur quod est contra textum. Quarto sic. In restrictioe abusiva nullum est restringens nec coartans. si nulla est restrictio talis. Aliis patet quod in ipsa est signum universale si signum vltimo magis habet applicacionem restringere. Quinto sic. transitum a priori natura est transire si nulla restrictio a priori nata est transire si nulla restrictio est transitiva et per prius male ponitur ab aurore. Ad primum dicitur quod terminus positus ante verbum presentis temporis non restringitur ad existentes tamen si ad presentes Ideo sensus illius propositionis rosa non est non est iste. rosa que est non est si iste rosa principaliter sumpta non est. Ad secundum dicitur quod dicitur significatio verbi sit magis intrinseca verbo quam significatio que est tempus tamen significatio posterior est ad restringendum quam significatio. et ratio est quod verbum restringitur que ad significaciones que est tempus quod habet rationem mensure et quia mensura restringit mensuratum et cum quantitas mensurata accipitur secundum quantitate mensure sequitur quod verbum magis habet restringere ex parte temporis quam ex parte significacionis principalis. Ad tertium dicitur quod licet homines presentes existant tamen non

minutus iste terminus homo supponit pro presentibus quia cum dicitur quod verbis presentis temporis restringit ad presentia siue existat siue non. unde si aliqui homines essent existentes et non presentes in ista homo est homo tenetur pro non existentibus sicut et existentibus. unde per accidens est quod in ista homo solum supponit pro existentibus. Ad quartum dicitur quod in talibus propositionibus usus est ibi restringens cum intellectu nostro. ideo dicitur restrictio abusiva. Ad quintum dicitur quod restrictio non dicitur transitiva eo quod transeat sed dicitur transitiva quia fit ratione verbi transitivi ut prius dictum est in quarto notabili. et tamen de restrictioibus.

Distributio est. Iste est tractatus sextus per quorum logicarum per. hyl. qui de distribucionibus intitulatur in quo postquam autor in precedenti tractatu determinavit de quadam passione termini que dicitur restrictio. Consequenter in isto tractatu determinat de alia passione que distribucio dicitur. Cuius ratio est quia restrictio magis intrinsece convenit termino quam distribucio. Nam restrictio fit per terminum restringentem qui potest esse pars propositionis sicut terminus restrictus. Sed distribucio fit per signum universale quod non est pars propositionis sed est dispositio subiecti. Precedit tamen iste tractatus tractatum de syncategorematicis. quod cognitio distribucionis et signorum distribucionum valet ad cognoscendum ea de quibus in syncategematicis determinatur.

Sciendum primo quod distribucio dupliciter accipitur. Uno modo proprie. ut est alicuius rei in presens divisio et illarum partium in diversa subiecta coicacio et isto modo non accipitur hic. Sed distribucio sic accepta sumitur in ista disciplina que est habitus rationis distribucionem et